

## Ad corinthios II.

veniet. Quasi dicat. Qui nō amat dñm nrm iesuz xpm sit anathema in aduentu dñi. Sz nungd sunt excōicādi oēs qui nō sunt in charitate. ¶ Rñdeo dōz q hoc itelligitur si quis nō amat dñm iesum xpm. i. fidē xpi r isti sunt heretici r sunt excōicāti. Uel si quis vsq; ad finē mortis nō pferat in amore dñi iesu xpi in aduentu erit separatus a bonis. Scdo benedicit bonis bene optans eis. s. grām xpi. cū dicit. (Gra dñi nostri iesu xpi.) Et hoc optans optat eis oē bonū: qz in grā dñi nostri iesu xpi cōtinetur omne bonum. Optat etiā eis charitatē suam dicens. Charitas mea rē. In vos inuicē r deū diligatis ea charitate qua ego vos diligo r nō ppter aliqd aliud nisi in christo iesu. i. propter amorē christi. Amen. i. fiat.

¶ Incipit postilla doctozis angelici scti Thome ordis fratru predicatorū sup scda epistola ad corinthios.



**M**inistri dei nostri dicetur vobis. Esa. 16. In his verbis congrue tangitur materia huius scde epistole ad corinthios. Nam in pma epistola agit apostolus de ipsis sacramētis: s; i hac scda agit de ministris ipsoz sacramētoz tam bonis q; malis. Ratio autēz hanc eplām scribēdi fuit q; corinthi post predicationē eius admiserāt pseudo apostolos quos apostolo preferebāt. Propter hoc scribit eis hanc eplām in q; cōmendat apostolus r ostendit veroz apostolorū dignitatem: ostēdit etiā r vituperat falsoz apostolorū falsitatem cōmendat autem veroz apostolorū dignitatem ex hoc q; sunt ministri dei. Ministri inq; dei dicē vobis. s. apostolis: qui quidem dicuntur ministri q; ad tria. pmo q; ad dispēsationem sacramētoz. p<sup>o</sup> Lor. 4<sup>o</sup>. Sic nos existimet homo vt mi. rē. Christus enim institutor est sacramētoz: sed apostoli r eoz successores ea dispēsant: r ideo subditur in predicta auctoritate: r dispēsatores ministerio rū dei. Secūdo q; ad gubernationē. s. inq; gubernant populum dei. Sap. 6. Lum essetis ministri non recte iudicastis rē. Deus enim gubernat omnia per prudentiā. Unde quicūq; aliquid gubernat dicitur mīster dei. Tercio q; ad humane salutis operationem inq; tum. s. eorum ministerio r predicationē homines ad salutem cōuertuntur: cuius salutis solus deus est auctor: qz ipse est qui venit saluum facere quod perierat apostoli vero ministri. p<sup>o</sup> Lor. 3. Quid ergo est apollo quid paulus: ministri eius cui credidistis rē. CAP. I.



**P**aulus apostolus iesu christi p voluntatē dei r thimotheus frater ecclesie dei que est corinthi cū omnibus scis qui sunt in vniuersa achaia gratia vobis r pax a deo p̄re nostro r domino iesu christo.

¶ De istis ergo ministris tractat hic apostolus ostēdens in hac epistola eoz dignitatē etiā scribēs corinthiis. In qua qdē premitit. pmo salutatiōez. Scdo psequitur eplāz ibi. (Bñdictus deus rē.) In salutatiōe autē tria pōit. pmo enim describit personas salutātes. Scdo personas salutatas ibi. (Eccle que ē rē.) Tertio bona optata ibi. (Gratia vobis rē.) Circa p̄mūz pmo describitur psona salutās pncipalis: qz paulus. Scdo psona adiūcta: qz thimotheus. Persona salutās describit ab humilitate: qz paulus q; latine d̄r modicus. Iste est ille modicus. de quo Esa. 60. Minimus erit in mille rē. Uel a doctrina: qz paulus d̄r os tubę. Ista est illa tuba. de qua Zach. 9. Dñs in tuba canet rē. Et cōpetit: qd̄ d̄r Esa. 58. Quasi tuba exalta vocē tuā rē. A dignitatis auctoritate: qz apls rē. Ubi tria ponūtur. p̄mo

q; sit legat<sup>o</sup>. vñ d̄r apls. i. pncipalr missus. Soli enī duodecim apli electi missi sunt a xpo. Luc. 9<sup>o</sup>. Elegit duodecim q; r aplos rē. Aly autē discipuli nō missi sūt pncipalr sed scōario. Et inde est q; apls succedūt epi q; hñt spales curā grogis dñi. Aly autē sacerdotes succedūt. 7z. discipulis qui gerunt vices cōmissas sibi ab ep̄is. Est ergo eius dignitas: qz apls. p<sup>o</sup>. Lor. 9. Si aly nō sūz apls: s; tñ vobis sūz rē. Gal. 2. Qui operatus est Petro rē. Sz quare vocat se hic apls dicens. Paulus apls cū in eplā ad romāos scribat se seruū. Rō hui<sup>o</sup> est. qz romanos reprehēdit de dissensiōe r superbia q; est mater dissensiōis: qz iter supbos semp iurgia sūt. Uñ vt eos reuocet a dissensiōe iducit eos ad humilitatez vocādo se seruū. Corinthi vō erant p̄tinaces r rebelles: r iō vt reprimat eoz p̄teritiā vsus ē hic noie dignitatis dicens. se aplm. ¶ Scdo ponit cuius sit legat<sup>o</sup>: qz iesu xpi. ifra. 9<sup>o</sup>. p̄zo xpo legatiōe fungimur. ¶ Tertio ponit modus quo adeptus est legationē: qz nō ingessit se vt pseudo. Jere. 23. Nō mittebā eos r ipsi currebāt. Nō est dat<sup>o</sup> p̄plo ex diuino furore. i. vñ illd̄ Job. 34. Qui facit regnare ypocritā rē. Dece. 12. Dabo tibi regē: s; in furore meo. Est adeptus apostolatū ex volūtate dei r bñplacito. Act. 9. Uas electiōis ē mihi iste. Et iō d̄r. p volūtate dei. Persona autē adiūcta ē thimothē. Uñ d̄r. Et thimothēus frater. Grater inq; ppter fidē. Mat. 23<sup>o</sup>. Oēs vos frēs estis rē. Et ppter dignitatē: qz eps: r inde ē q; papa vocat oēs ep̄os frēs. Lōnumerat autē sibi thimothē: qz cū ipse trāsisset p eos sic dixit in p<sup>o</sup> eplā vlt<sup>o</sup>: ca: possent credere q; maliciose retulisset aplo ea de q;bus ipse scribit ad eos.

¶ Cōsequēter ponūtur p̄sone salutate: r pmo pncipales. 2<sup>o</sup> adiūcte pncipalibus in b̄ q; d̄r. (Eccle dei) q; ē totus populus fidelis tā clerus q; laici. p<sup>o</sup> Thi. 3. Ut scias quō opoz te cōuertari. (Que est corinthi) qz corinth<sup>o</sup> erat metropolis achaie. Sz adiūcte p̄sone sunt oēs sancti q; sunt vni<sup>o</sup> spūs sancti grā renati. p<sup>o</sup> Lor. 6. Sz abluti estis: s; sanctificati rē. Qui sunt in achaia: cuius metropolis ē corinthus. Istis autē psonis salutatis optat apls bona. Uñ d̄r. Gra vobis rē. Et circa hoc duo facit. p̄mo ponit ipsa bona. Scdo ipsoz actorē ibi. (A deo p̄re rē.) Ponit autē ista duo extrema bona vt in eis itelligant media. p̄mū enī bonū ē grā q; ē pncipiū oīum bonoz. Nā an grām nihil ē nisi diminitū in nobis. Ultimū autē oīuz bonoz ē pax: qz pax ē gnālis finis mētis. Nā qualrcūq; pax accipiat hz rōnez finis r in glia eterna: r in regimine r in cōuertatiōe finis ē pax. ps. Qui posuit fines tuos pacē. Quis autē sit actor hoz bonoz ostēdit: subdēs. A deo p̄re rē. Et hec duo possunt duplr distingui: qz cū d̄r: a dō p̄re. pōt itelligi p tota trinitate. Naz licz psona p̄ris dicat p̄ xpi p nām tñ tota trinitas est p̄ n̄r p creationē r gubernatōez. Esa. 63. Et nūc dñe p̄ n̄r es tu. Jere. 3. p̄rem vocabis me. A dō ḡp̄e n̄r o. i. a tota trinitate pueniūt bona. Mat. 7. Si vos cū sitis mali rē. ¶ Sz si deus pater noster accipiat pro tota trinitate quare addit persona filij. cum dicit. Et dño iesu christo: nūquid est alia persona a trinitate: ¶ Dñm q; additur nō ppter aliā personam sed ppter aliam nām. s. humanitatis assumptē a filio in personam diuinam quā quidē trinitati cōnumerat. qz omnia bona pueniunt nobis a trinitate per icarnationem christi. Et pmo grā. Job. p. Gratia r veritas rē. Scdo pax. Ephe. 2. Ipse est pax nostra rē. Item cū dicit. A dō patre nostro: pōt itelligi psona patris solum: r licet tota trinitas sit pater noster: vt dictuz est tamen persona patris est pater noster per appropriatiōez: r sic hoc q; dicit. Et domini iesu christo: itelligitur de persona filij. De persona autē spūs sancti nō fit hic mētio: qz sicut dicit Aug. Lū sit nexus patris r filij vbicūq; ponit persona patris r persona filij itelligitur persona spiritus sancti.

## Lectio.

## II.

**B**

enedictus deus et pater domini nostri iesu christi. pater misericordiarum et deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo. quoniam sicut abundant passiones christi in nobis. ita et per christum abundat consolatio nostra.

¶ Dic incipit epistolam in qua apostolus duo facit. Primum. excusat se de eo quod non ierat ad eos sicut promiserat. Secundo. profertur intentione sua. ca. 3. ibi. (Incipimus ite. rē.) Circa primum duo facit. Primum ponit excusationem de mora. Secundo more assignat causam. scdo ca. ibi. (Statui autē rē.) Circa primum duo facit. Primum. reddit eos beniuolos. Secundo excusationem ponit ibi. (Et hac confidētia rē.) Circa primum duo facit. Primum captat eorum beniuolentiam recitādo quādam in generali. Secundo quādam in speciali ibi. (Nō. n. rē.) Beniuolentiam autē eorum captat apostolus ostēdendo quod quicquid facit totum facit ad eorum utilitatem. Et circa hoc duo facit. Primum promittit utilitatem quae ex ipso alijs puenit. Secundo rationes eorum assignat ibi. (Quoniam sicut abundat rē.) Circa primum tria facit. Primum. ponit gratiam actionis. Secundo actionis gratiam modus ibi. (Qui consolatur rē.) Tertio causam ibi. (Ut possimus et ipsi consolari.) Agit gratias toti trinitati a qua puenit omne bonum. Et id dicit. Benedictus deus. i. tota trinitas. Item persone patris cum dicit. Et pater domini nostri iesu christi per quem. s. christus pater nobis omnia donauit. Sed sciēdus quod nos benedicimus deum et deus benedicit nobis: scilicet aliter et aliter. Nam dicere dei est facere. ps. Dixit et facta sunt. Unum benedicere dei est bonum facere et bonum infundere: et sic habet rationem causalitatis. et Hebr. i. et. z. Benedicēs benedicā tibi rē. Dicere autē nostrum non est causale. sed recognoscitiuum seu expressiuum. Unum benedicere nostrum idē est quod bonum recognoscere. Cum gratias agimus deo: benedicimus sibi. i. recognoscimus eum bonum et datorē eius bonorum Tob. iz. Benedicite deū celi rē. Dan. 3. Benedicite omnia opa rē. Recte ergo gratias agit pater quia misericors est. Unum dicit. Pater misericordiarum. Et quia consolator. Unum dicit. Et de totius consolationis. Et agit gratias de duobus quibus bonis maxime indiget. Primum. indiget. ut auferantur ab eis mala: et hoc facit misericordia que aufert miseriam: et miserere est proprius patris. ps. Quomodo miseret pater filios rē. Secundo indiget ut sustententur in malis quae adueniunt. Et illud est proprium consolari: quia nisi homo haberet aliquid in quo quiesceret cor eius quoniam superueniunt mala non subsisteret. Tunc gratias alijs consolatur aliquid quoniam affert ei aliquid refrigerium in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis homo possit in aliquo consolari et quiescere et sustentari tamen solus deus est qui nos consolatur in omnibus malis: et id dicit. Deus totius consolationis: quia si peccas consolatur te deus quia ipse misericors est. Si affligeris consolatur te vel eruedo ab afflictione per potentiam suam vel iudicādo per iustitiam. Si laboras consolatur te remunerādo Hebr. is. Ego merces tua rē. Et ideo dicit Mat. 5. Beati qui lugent rē. Materiam autē gratiarum actionis subdit dicens. Qui consolatur rē. quasi dicat. Iohannes benedictus quia consolatur nos in omni tribulatione istra. 7. Qui consolatur rē. Causas autē huius ponit cum dicit Ut possimus et ipsi consolari. Ubi notandum est quod in donis diuinis est ordo. Ad hoc enim deus dat aliquibus specialia dona ut ipsi effundant illa in utilitatem aliorum. Non enim dat lumē soli ut sibi soli luceat sed ut toti mundo. Unum uult quod de omnibus bonis nostris siue sint diuinitie siue scia siue potentia siue sapia accrescat aliqua utilitas alijs. ps. De. 4. Unusquisque gratiam quam accepit rē. Hoc est quod apostolus dicit. Consolatur nos in omni tribulatione. Sed quare non ut solum nobis hoc sit ad bonum sed ut et alijs proficiat. Unum dicit.

Ut possimus et ipsi consolari eos rē. possimus per exemplum consolationis nostre. Qui enim non est consolatur nescit consolari. Eccl. 33. Qui non est tentatus qualia scit quae sunt in omni. i. in quilibet pressura Esa. 61. Spiritus domini misit me rē. ut consolaretur omnes lugentes rē. Eccl. 48. Consolatus est lugentes rē. Possimus dico consolari per exhortationem ad tolerantiam passionum promittendo premia eterna: quia. s. exhortamur vos per scripturas et in eternas inspirationes ut patienter sustineamus et alios exhortem per exemplum nostri et per ipsas scripturas. ps. Cor. ii. Ego enim accepi a domino rē. Esa. 48. Que audiui a domino rē. Posita utilitate que ex apostolis alijs puenit dictorum sequenter rationes assignat dicens. Quoniam sicut abundat rē. Et quia duo dixerat. scilicet quod deus consolatur nos in omni tribulatione et quod possimus et ipsi rē. Dic rationes horum duorum exponit et primo ostēdit quod deus consolatur nos in omni tribulatione. Secundo quomodo consolatio nostra conuertitur in consolationem aliorum ibi. (Siue autē tribulamur rē.) Dicit gratias. Recte dico quod consolatur nos in omni tribulatione nostra quia scilicet quod abundant passiones christi in nobis: et dicit christi. i. ichoate a christo. Eccl. 9. A sanctuario meo incipite. In christo enim inciperunt passiones per peccatis nostris quia ipse peccata nostra tulit in corpore suo super lignum. ps. De. z. Deinde papulos quae dicebant. Mortificamur tota die. ps. rē. Deinde per martyres qui secti sunt tentati sunt rē. Heb. ii. Ultimo ipsi peccatores per suis peccatis patienter iram domini portabunt quia peccauerunt ei. Uel passiones christi. i. quas sustinemus propter christum. Act. 5. Ibant apostoli gaudentes rē. et. ps. Propter te mortificamur rē. Sicut in quibus habet passiones abundant sic abundat per christum consolatio nostra. ps. Secundum multitudinem dolorum rē.

## Lectio.

## III.

**S**

Siue autē tribulamur pro uestra exhortatione et salute: siue consolamur pro uestra consolatione. siue exhortamur pro uestra exhortatione et salute que operatur tolerantiam earundem passionum quas et nos patimur. ut spes nostra firma sit pro uobis scientes quoniam sicut socii passionum estis. sic eritis et consolationis. Non enim volumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra que facta est in asia. quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem. ita ut tederet nos etiam uivere. Sed ipsi in nobis ipsi responsum mortis habuimus. ut non simus fidentes in nobis. sed in deo qui suscitatur mortuos quae de tantis periculis nos eripuit et eruit in quem speramus quoniam adhuc eripiet adiuantibus uobis in oratione pro nobis. ut ex multarum personarum faciebus eius que in nobis est donationis. per multos gratie agantur pro nobis.

¶ Postquam apostolus ostēdit quod deus consolatur seruos suos in tribulationibus. scilicet ministros fidei et predicatorum: hic praeter manifestat quod eorum consolatio cedit ad bonum aliorum. Et circa hoc duo facit. Primum manifestat qualiter eorum consolatio sit ad aliorum utilitatem et salutem. Secundo ordinem huius consolationis et salutis insinuat ibi. (Que operantur tolerantiam rē.) Circa primum aduertendum est quod tria dicit apostolus se recepisse. Tribulationem cum dicit In omni tribulatione uestra: consolationem cum dicit. Qui consolatur nos. Exhortationem cum subdit. Ut possimus et ipsi rē. Accipiendo ergo haec tria passiuē dicimus quod apostoli consolantur tribulantur et exhortantur. Unde et tria ostēdit apostolus cedere ad consola-

## Ad corinthios II.

lacionem alioꝝ. ⁊ hoc in quodā ordine. Et primo eoz tribulationē cūz dicit. (Siue inqꝛ tribulamur ⁊c.) quasi dicat: vere qꝛqd recipimus est in bonū vestꝛū. Quia siue tribulamur p̄ vestꝛa exhortatiōe ⁊ salute: qꝛ. s. nostro exēplo monet vos deus ad passiōū tolerātiā: vñ puenit vobis salus eterna. vñ p̄mi Macha. 6. legif. Qꝛ oñderūt elephantis sanguinē vne: ⁊ moꝝoz: vt acuerent eos ad bellū. Quod fit qñ tepidis ⁊ pigris adhibent passiōes sanctoz in exēplū. Secūdo oñdit qꝛ eoz solatio in alioꝝ utilitatez cedit cū dicit. (Siue cōsolamur.) quasi dicat: ipsa nꝛa cōsolatio qua nos spe pꝛemy cōsolamur ē ad cōsolationē vestꝛam iquātuz exēplo nostro vos etiā eādē spē pꝛemy habentes gaudetis. Tertio oñdit qꝛ eoz exhortatio passiuā ē ad bonū alioꝝ dicēs. (Siue exhortamur) p̄ iternā inspirationē vel p̄ flagella: h̄ est p̄ vestꝛa exhortatiōe. s. vt vos ad maiora animemini: ⁊ salutē speretis. Unde dꝛ. z. Machab. vlt. qꝛ exhortati sermonibꝫ iude ⁊c. Sexto adiuuantes aut vobis ⁊c. Dui aut solatiōis ⁊ salutis ordinē insinuat cū subdit. Que operant tolerātiā ⁊c. Et circa hoc duo fac. Primo ostēdit patiētiā habitā in aduersis. Secūdo manifestat fructū qꝛ ex patientia puenit ibi. (Ut spes firma ⁊c.) Dicit ḡ. Dico qꝛ hec ad vestꝛā salutē cedūt: qꝛ salus ē vobis in hoc: in qꝛtū exēplo nostri estis fortes ad tolerātiā passiōnū: ⁊ vt patiēter sustineatis passiōes quas ⁊ nos patimur. Luc. 21. In patientia vestꝛa possidebitis aīas vꝛas. Jac. 5. Exēplum accipite fratres mei ⁊c. Ex qua qꝛdē patiētia puenit vobis fructꝫ: qꝛ ex h̄ spes nostra firma ē p̄ vobis qꝛ vos efficiamini heredes vite eterne. Ro. 5. Tribulatio patientiā operat patiētia vō spes. Greg. Tanto spes in deus solidior surgit: qꝛto qꝛ grauiora p̄ noīe eius ptulerit. Naz ex passiōibꝫ quas sustinet sc̄i dei p̄ xꝛo cōsurgit eis spes vite eterne. Et cā spei huiꝫ est: qꝛ sumꝫ sciētes: qꝛ sicut estis focꝫ nostri in passiōibꝫ critis focꝫ ⁊ solationis. i. vite eterne. z. Timo. 2. Fidelis sermo. nā si mortui sumꝫ ⁊ viuimus ⁊c. i. Pe. 4. Lōicantes xꝛi passiōibꝫ gaudete ⁊c.

**C**ōsequēter cū dicit. (Nō. n. volumꝫ vos ⁊c.) Captat eoz rū beniuolentiā recitādo qꝛdā in sp̄ali. Et circa h̄ tria facit. Primo. n. describit p̄secutionē quā passus ē in asia. Secūdo sp̄alem ei solationem collatā ibi. (Qui de tātis.) Tertio subdit cōsolatiōis cām ibi. (Naz glia ⁊c.) Dicit ḡ primū. nō solū ea qꝛ dicta sunt de tribulationibꝫ in generali bonū est vos scire: sed nō volumus vos ignorare: qꝛ scire est vtilē vobis iquātum exēplo nostri patiētiōres estis. Nolumus inqꝛ vos ignorare de tribulatione nostra ⁊c. Treñ. 3. Recordare paupertatis mee ⁊c. Dec ē illa persecutio de qua legitur. Act. 19. Que facta est apostolo ab asiano quodam argentario cōcitante plebē cōtra eum: quā quidem apostolus exaggerat a tribus. Ex loco qꝛ in asia: ⁊ hoc ē qꝛd dicit. Que sez tribulatio. Facta ē in asia: idest apud epheꝫ sum: que est in asia: vbi debuisset magis honorari ⁊ solari. Ex acerbitate: qꝛ supra consuetudinem humanarū passiōnum. ⁊ ideo dicit. Quoniā supra modum sumus ⁊c. Itē supra posse: ⁊ ideo dicit supra virtutem. (Sed h̄. i. corin. 10. Fidelis deus qui non patietur vos tentari supra ⁊c.)

**R**ūdeo dicēdū qꝛ pati supra virtutē pōt intelligi dupliciter. Vel supra virtutez nālem. ⁊ de hac loqꝛur hic: supra quā deus aliqñ permittit sanctos tētari. Vel supra virtutē gratie: ⁊ de hac intelligitur illud. i. Cor. 10. Fidelis deꝫ ⁊c. supra quā nō pmittit aliqñ deus tentari. Et qꝛ apostolus loquatur hic de virtute nāli ostēdit cōsequēter cum dicit. Ita vt tederet nos viuere. Cōstat enī qꝛ inter alia viuere magis desiderat. Quādo ergo est tāta p̄secutio vt ⁊ ipsa vita reddat tediōsa manifestū est qꝛ est supra virtutez nature. Et hoc ē qꝛd dicit. Ita vt ⁊c. quasi dicat. Sic erat grauis p̄secutio vt vita esset nobis tediōsa. Job. 10. Tedet animā

meā vite mee. **C**ōtra. Jac. 1. Omne gaudium existimate fratres mei ⁊c. **R**ūdeo dicēdū qꝛ tribulatio pōt cōsiderari dupliciter. Vel s̄m se: ⁊ sic est tediōsa: vel in cōparatione ad finem: ⁊ sic est iocunda inqꝛtum p̄pter deū ⁊ spes vite eterne sustinet. Et nō solum erat nobis tediōsa vita sed eramus certi de morte. Unde dicit. Sed ipsi in nobis responsū mortis. i. certitudinez mortis habuimus. quasi dicat. Opinio mea dictabat mihi hoc qꝛ deberem mori. Vel aliter. respōsū mortis. i. ipsa rō diceret ⁊ eligeret mori p̄pter tedium vite. Exaggerat etiā tribulationez ex cā. Unde dicit. Ut nō simus in nobis ⁊c. s. vt reprimat humana superbia. Jere. 16. Dñe fortitudo mea ⁊ robur ⁊c. Sed in oibus cōfidamus de deo. Jere. 17. Benedictus qꝛ pfidit i dño ⁊c. Et ideo dicit. Sed in deo qui suscitāt ⁊c. i. Re. 2. Dominus mortificat ⁊ viuificat. Sed qꝛ dñs nō derelinquit sperātes in se: ideo subdit apostolus cōsolationem ei factā a dño dicens. Qui de tantis periculis ⁊c. Et circa h̄ tria facit. Primo describit cōsolationez presentē p̄tra mala preterita. Secūdo cōsolationē futurā. Tertio cāz spei. Dicit ergo cōsolati sumus a deo qui eripuit nos in preterito de tantis periculis ⁊ eruit in presenti: qꝛ nō cessat liberare. Esa. 43. Cum trāseris p̄ aquas ⁊c. In quē speramꝫ qñ eripiet. ⁊ adiecit in futuro. Ecc. 2. Qui timetis dñm sperate in illum. Duius autem spei cām nobis p̄bet oratiōes vestꝛe. Unde dicit. Adiuuantibus vobis nos in orationibus: quas p̄ nobis facitis. Prouer. 15. Frater qui iuuat a fratre ⁊c. Ro. 15. Obsecro vos fratres p̄ dñm iesuz xꝛm ⁊ per charitatem sancti spūs vt adiuuetis me in oratiōibus vestꝛis ⁊c. Que qdem oratiōes necessarie sunt: qꝛ de multa bona cōfert vni ad p̄ces multoz: cuius rō est. qꝛ deus de bonis que confert vult exhiberi sibi gratias: ⁊ qꝛ multi ex hoc teneant ad gr̄arū actiones: hoc autem fit qñ ex eo qꝛd dat vni ad p̄ces multoz obligat sibi oēs ad quoz p̄ces cōfert bonū aliqꝫ: vt sic nō solum ille cui cōfert: sed etiam ipsi rogātes gratias referant deo. Et hoc ē qꝛd dicit. Ut ex multaz personis. Et dicit ex multaz facieꝫ vel quantuz ad etatem: vel qꝛtum ad cōditionē: vel qꝛtuz ad diuersitatem gentium vel moꝝū. Eius que in nobis est donationis. i. p̄ illa donatiōe. s. fidei que in nobis est. Per multos agatur gratie deo p̄ nobis Ephe. 5. Gratias agētes dei ⁊ patri. Vel aliter. Ut ex multaz p̄sonis facieꝫ. i. cōditionum personis. Dico eius donationis que est in nobis. i. que habent idem donum. s. fidei vel charitatis. i. ex multis personis illoꝝ qui sunt in fide xꝛi. Agant ⁊c. Et sic s̄m hāc expositionem per diuersas facies intelliguntur diuerse virtutes: vt facies vnius dicatur illa virtus: in qua p̄eminet: sicut facies iob. patiētia. facies dauid humilitas: ⁊ sic de alijs.

**C**lectio.

III.

**N**am gloria nostra hec est testimoniū conscientie nostre: qꝛ i simplicitate cordis ⁊ in sinceritate dei: ⁊ nō in sapientia carnali: sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis qꝫ que legistis ⁊ cognouistis. Spero autē qꝫ vsqꝫ in finez cognoscetis sicut ⁊ cognouistis nos ex p̄te qꝫ gloria vestꝛa sumꝫ: sicut ⁊ vos nostra in die domini nostri iesu chꝛisti.

**P**osita consolatione ap̄lo a deo facta post p̄secutionē: hic sequēter solationis cām assignat qꝫ est de spe diuini auxilij. Et circa hoc duo facit. Primo pponit causas spei. Secūdo adducit ad h̄ testimonium eozū quibus scribit ibi.

(Nō.n.alia rē.) Dicit g. Dico q̄ speram⁹ adhuc eripi a domino ⁊ solari. Naz gloria rē. quasi dicat. cā hui⁹ est bona cōsciētia nostra. Spes enī est expectatio futuroꝝ ex grā ⁊ meritis pueniens. Unde ⁊ circa h̄ tria facit. Prio ondit gloriā quā h̄z de testimonio pure cōsciētie. Scdo cām hui⁹ glorie isinuat ibi. (Q̄ in simplicitate.) Tertio manife stat vnde pueniat hec cā ibi. (Et nō in sapiētia carnali.) Dicit ergo. Ideo spero ⁊ cōfido de deo qz gloria nostra .i. glorioꝝ ex testimonio ⁊ puritate cōsciētie nostre: ex qbus secure pōt cōfidere de deo. i. Jo. 4. Si cor nostrū nō repre benderit rē. Ro. 8. Ipse spiritus testimoniū rē. Notandū aut q̄ cōsciētie testimoniū vep̄ est qz nō decipit. Multi enī exteri⁹ vident boni q̄ in cōsciā sua non sunt boni. Et semp̄ durat. S̄z nō dicit cōsciē alioꝝ sed nostre: qz semp̄ hō plus debet stare cōsciētie sue de se q̄ testimonio alioꝝ qd̄ nō faciunt illi q̄ reputant se bonos ex hoc q̄ alij sunt mali nō ex hoc q̄ ipsi in veritate boni sint. Et illi q̄ gloriānt de bonitate alicui⁹ boni viri q̄ eis aliqua affinitate cōiungi tur. Lām aut hui⁹ glorie isinuat dicēs q̄ in simplicitate rē. q̄ p̄sistit in duob⁹. In duob⁹. n. p̄sistit puritas cōsciē: vt. s. ea q̄ facit sint bōa ⁊ q̄ itētio faciētis sit recta: ⁊ ista dicit apls de se. Prio q̄ h̄z itentionez rectā ad deū in opibus suis ⁊ iō dicit. Q̄ in simplicitate. i. in rectitudine itētiōis. Sap. i. In simplicitate cordis rē. puer. ii. Simplicitas iustoz rē. Scdo q̄ ea que facit sunt bona. ⁊ ideo dicit. Et sinceritate opationis. Phil. p̄mo. Ut sitis sincerus sine offensa. Un̄ aut pueniat hui⁹ glorie cā manifestat subdēs. Sed nō in sapiētia car. Hoc pōt dupliciter legi. P̄mo vt referat ad hoc qd̄ imediate precedit. s. dei. Et tūc ē isinuatū: vñ ve niat ei sinceritas ⁊ simplicitas. quasi dicat. Multi antiq̄ fuerūt sapiētes i sapiētia terrena sicut phi. Et multi iudei pure vixerūt cōfidētes in iusticia legis: sed nos nō in sapiētia carnali q̄ fm naturas rez vel desideria carnis ē sed in gratia dei cōuersati sum⁹ in hoc mūdo. Ro. 8. Pruden tia carnis mors est rē. p̄me Lozth. z. Nō in persuasibili bus humane rē. p̄me Lozi. i. s. Gratia dei sum id qd̄ sum. Uel etiā fm hunc modū. Nō in sapiētia rē. i. quasi in iuxta humane sapiētie: sed gratie dei. Prouer. 3. Ne imitaris pru dentie tue. Alio modo pōt exponi vt hoc qd̄ dicit i simpli citate rē. referat ad puritatē vite h̄ vero qd̄ dicit. Nō i sa pientia rē. referat ad veritatē doctrine quasi dicat. Sicut vita nostra ē in simplicitate ⁊ sinceritate dei: sic doctrina nō in sapiētia carnali: sed i gratia dei. S̄z tñ due p̄me ma gis valēt. Et licet sic bene p̄uersati sumus sic in mūdo isto: tñ abūdantius cōtūm ad vos. qz. s. ab alijs ecclesijs recepe rat sumptus: ab eis non: infra. ii. Alias ecclesias expoliavi. Et rō huius pōt esse: qz auari erāt. vñ ne p̄tristaret eos no luit ab eis recipere sumptus.

(Cōsequēter huius sancte sue p̄uersatiōis testimoniū eo rū inuocat dicēs. (Nō.n.alia rē.) q̄si dicat. hec q̄ scribimus vobis nō sunt vobis icognita: qz iā legisistis ea in p̄ma eplā ⁊ cognouistis p̄ experiētiā opeꝝ. z. Jo. z. Nō mādatuz no uū. Et licz nō p̄fecte cognoueritis qz p̄paraltis vobis pseu do aplos: spero tñ q̄ vsqz in finē. s. vite cognoscetis. s. perfe cte sicut vsqz modo cognouistis nos ex parte. Cuius ratio est: qz cum quis videt aliquē aliqd̄ bene incipere debz spe rare q̄ semp̄ bene pficiat. Et quare: qz cepit i vobis op⁹ bonum rē. vt dicitur phi. i. Et cognoscetis qz nos sumus gloria vestra. i. per nos debetis cōsequi gloriā eternāz ad quā homo puenit p̄ fidez xpi quā predicam⁹ vobis. puer. io. Gloria filioꝝ sunt patres eoz. Ita dico sum⁹ gloria ve stra sicut ⁊ vos n̄ra gloria estis: qz p̄ vos a nobis istructos habere speramus p̄miuz eterne glorie. i. Thez. z. Que ē spes nostra aut corona glorie nostre: nōne vos. Et hec glo ria erit nobis ex vobis in die dñi nostri iesu xpi. i. in die iu

dicij qui dicit dies xpi: qz tūc faciet volūtatē suā cū pec catorib⁹ puniēdo eos q̄ in hoc mūdo fecerūt volūtatē suā peccādo. ps. Lum accepero tēpus ego iusti: rē. Apo. zo. Li bri aperti sunt rē. Lectio. V.



**H**ac confidentia nolui prius veni re ad vos vt secundam gratiam habe retis ⁊ per vos transire in macedo niam. ⁊ iterum a macedonia venirez ad vos ⁊ a vobis deduci in iudeam. Luz ergo hoc voluissē: nisi quid leuitate vsus sum⁹. Aut que cogito fm carnem cogito vt sit apud me: ē ⁊ nō. Fidelis autēz deus qz sermo noster qui fuit apud vos: nō est in illo. est ⁊ nō: sed est in il lo est. Dei enim filius iesus christus qui in vo bis per nos predicatus est. per me ⁊ siluanum ⁊ timotheum: nō fuit in illo est ⁊ non: sed est in illo fuit. Quotquot enim p̄missiones dei sunt in illo est: ideo ⁊ per ipsum amē deo ad gloriāz vestram. Qui autem confirmat nos vobiscuz in christo ⁊ qui vixit nos deus: ⁊ qui signauit nos ⁊ dedit pignus spiritus in cordib⁹ nostris. Ego autem testē deum inuoco in animā meā: q̄ parcens vobis nō veni vltra corinthū: nō qz dñamur fidei vestre: sed adiutores sumus gau dij vestri. Nam fide statis.

(Apl̄s captata beniuolētia corinthioꝝ: p̄sequēter excusa tionē suā addit. ⁊ circa hoc tria facit. P̄mo. n. ponit iten tum. Scdo sub qōne accusationē p̄tra eum ab eis factam exponit ibi. (Lum ergo hoc rē.) Tertio excusat se ibi. (Fi delis autēz deus.) Circa primū sciēdū ē q̄ apls in p̄ma eplā quā nos nō habemus missa ab eo corinthuz vlt per nūciuz p̄miserat eis q̄ p̄mo iret ad eos anteq̄ iret in macedoniā ⁊ p̄ eos iret in macedoniā ⁊ inde itez rediret in achaiam in qua est corinthū ⁊ de achaiā in iudeā. postmodū in sc̄ba eplā quā nos habem⁹ p̄mā scribit eis q̄ p̄mo iret in mace doniā ⁊ postmodū iret in corinthū. Quia ḡ vñ fm hoc con trariū p̄me p̄missioni. apls excusat se mō de h̄. Ponēs pri mo ipsaz p̄missionē prio factā: ⁊ iō dicit. Et hac cōfidentia quasi dicat: vos scitis puritatē ⁊ sinceritatē meā: ⁊ estis te stes mei ⁊ gloria mea. ideo in hac cōfidentia. i. in hoc cōfissus qz per alterutruz gloriāz speram⁹ volui prio venire ad vos vt sc̄dam grām haberetis. qz sc̄da visitatio ⁊ p̄firma tio in fide dicit sc̄da grā respectu p̄uersiōis quā primo ha buerūt ministerio ⁊ p̄dicatiōe ipsius: ⁊ p̄ vos trāsire in ma cedoniā ⁊ itez a macedonia venire ad vos ⁊ a vobis de duci in iudeā. Iste est ordo p̄me p̄missionis: sed in p̄ceden ti eplā est ordo cōtrariuz sicut dictū est.

(Cōsequēter hui⁹ mutatiōis accusationē qua accusabant eū corinthuz ponit sub qōne dicēs. (Lū ḡ h̄ voluissē rē.) duo iponebāt ei ex hoc: leuitatez qz mutauerat p̄positum Eccl. z7. Stultus vt luna mutat. Et carnalitatē qz vsus erat eis q̄ ex aliquo carnali ⁊ humano affectu hoc fecisset Un̄ hec duo tāgit ⁊ p̄mo leuitatē. vñ dicit. Nūqd̄ leuitate vsus sum si nō feci qd̄ aliqñ volui. Absit. hester. is. Nec pu tare debetis si diuersa iubeamus ex animi leuitate venire ps. In populo graui rē. Scdo tāgit carnalitatē cū dicit. Aut nūqd̄ ea que cogito faciēda vel dimittēda fm carnē cogi to. i. ea aliqñ carnalē affectū. Ut sit apud me ē ⁊ nō. i. as firmatio ⁊ negatio. Infra. io. Arbitrantur nos tanq̄ fm

carne ambulem? Jac. i. Vir duplex animo etc. Exposita  
 eorum accusatione consequenter excusat se dicens. Fidelis aut  
 deus etc. et circa hoc duo facit. Primo insinuat se non fuisse me-  
 titum. Secundo ostendit modum quo non fuit mentitus ibi. (Qui  
 autem confirmat etc.) Quod autem non fuerit mentitus excusat se du-  
 pliciter. scilicet ex consuetudine: et ex causa. Ex consuetudine quod  
 debet credi quod aliquis de facili mentiat: quod nunquam iuentus est  
 mendax. et secundum hanc expositionem fidelis deus etc. accipit in  
 vi iuramenti: quasi testis sit mihi deus: quod sermo meus: scilicet  
 predicacionis quod fuit apud vos non est in illo est et non in illo est  
 in illo falsitas. Deinde. 32. Deo fidelis et absque vlla etc. Si  
 autem sumus fidelis deus etc. per veritatem diuine promissionis tunc  
 est sensus. Fidelis est deus. id est. seruatur promissa sua. promiserat  
 autem mittere ad vos predicatores veritatis. Iere. 3. Dabo vo-  
 bis pastores iuxta cor etc. Et ideo cum sum missus ab eo sermo  
 noster quod fuit etc. sicut supra. Ex causa excusat se cum dicit. Dei. n.  
 filius. et huiusmodi. scilicet. motiua et efficiens ibi. (Qui autem confir-  
 mat etc.) Causa autem motiua ad non mentiendum est: quod quod assumit  
 aliquod officium naturaliter mouet ad ea que congruunt illi officio: et non  
 ad contraria. Sed stat quod officium aplicum est predicare veri-  
 tatem. Non ergo mouet ad contrarium veritatis quod est men-  
 tiri. Et circa hoc tria facit. Primo probat veritatem dicti sui  
 per dictum christi. Secundo veritatem christi per deum dei ibi. (Quotquot  
 autem etc.) Tertio concludit suum propositum ibi. (Iohannes et ipse etc.)  
 Dicit ergo. Primo dico quod dicta nostra debent reputari vera et vera  
 sunt: quod predicauimus christum in quo non fuit aliqua falsitas: et  
 hoc est quod dicit. Dei. n. filius christus quod est predicatus per nos iuo-  
 bis: per me. scilicet. principaliter et filium secundario. Iste est sylas de  
 quo habet Act. 18. et Timotheus de quo supra. Iste. n. duo  
 fuerunt cum apostolo qui primo conuertit eos. In illo. scilicet. filio dei non  
 fuit est et non. id est. falsitas. vel non fecit quod non uenit. Sed fuit in  
 illo est. id est. veritas: nam veritas et ens conuertuntur. Ioh. 14. Ego sum  
 via veritas et vita. Sed quod posset videri dubium hoc quod dicit  
 quod in christo non fuit falsitas. ideo statim probat subdistinguit. Quotquot  
 autem etc. et probat hoc modo. Constat quod in illo quod est manifestati-  
 num diuine veritatis non potest esse falsitas: filius dei venit ad  
 manifestandum diuinam veritatem in promissionibus a deo factis  
 complendis per ipsum. ergo in ipso non est falsitas. Et hoc est quod dicit.  
 Non est in filio dei est et non: sed est quod quotquot promissiones  
 dei. scilicet. sunt facte hominibus in illo: id est. in christo est. id est. in christo ve-  
 rificantur et complentur. Ro. 15. Dico iesum christum ministrum fuisse  
 se etc. Ad firmandas etc. Ex his ergo concludit quod postquam dea sua  
 vera sunt quod predicat filium dei in quo est veritas. ideo et per  
 ipsum. scilicet. christum dicimus. Amen deo est verum. Apoc. 1. Nec dicit  
 amen testis fidelis etc. Esa. 65. Qui benedictus est in terra  
 benediceat in deo amen etc. Et ista veritatem dicimus deo. id est. ad ho-  
 nozem dei. scilicet. manifestates eius veritatem et gloriam nostram: quod  
 gloria nostra est conuersio vestra. vel gloria vestra: quod gloria  
 nostra est ostendere et predicare verbum dei.

Consequenter cum dicit. (Qui autem confirmat nos etc.) pro-  
 bat apostolus quod non est mentitus per causam efficientem sic. licet. n. homo  
 ex libero arbitrio possit uti lingua sua ad verum vel ad fal-  
 sum loquendum. nihilominus tamen deus potest confirmare homines sic  
 in vero: ut non nisi vera loquantur. Si ergo deus aliquem confirma-  
 ret in vero manifestum est quod non diceret falsum. sed deus con-  
 firmat nos in veritate. ergo etc. Et ideo dicit quod deus est qui confir-  
 mat nos nobiscum in christo. id est. in vera predicacione christi quasi di-  
 cat. Si christus esset extra nos possemus mentiri: sed ex quo est  
 nobiscum et nos sumus in christo non metimur. ps. Ego firmavi  
 columnas eius etc. Sumus ergo in christo dupliciter. scilicet. per gratiam  
 et per gloriam. per gratiam quod sumus in quantum vncti sumus spiri-  
 tus sancti gratia et effecti sumus membra christi et iuncti sibi: qua  
 etiam gratia christus vnctus est secundum quod homo. ps. Unxit te deus etc. Et ex  
 plenitudine istius vnctionis redundauit in omnes suos. sicut yn-  
 guentum in capite. scilicet. christo quod descendit etc. Et ideo dicit quod yn-

xit nos deus vnxit in reges et sacerdotes Apoc. 5. Scy-  
 disti nos deo etc. id est. per. et. Nos autem genus electus etc. Unio-  
 nem autem que est per gloriam non habemus in re sed in spe certam  
 in quantum habemus firmam spem vite eterne. Et habemus  
 duplicem certitudinem spei huius vnionis consequente.  
 Una est per signum. Alia per pignus. Per signum euidentem: quod si  
 dei. Unde dicit. Signauit nos signo filii dei christi. Ite signum  
 crucis etc. 9. Signa thau. id est. signum crucis Apoc. 7. Quoad  
 usque signem seruos dei nostri etc. Et hoc per spiritum sanctum  
 Ro. 8. Si quis spiritum christi non habet etc. Et ideo speciale et certum  
 signum est vite eterne consequente figurari christo. Lan. 8. Pone  
 me ut signaculum etc. Vel signauit signo vite. per pignus vero  
 maximus: quod spiritus sancti. et ideo dicit. Dedit pignus spiritus  
 in cordibus nostris. De quo certum est quod nullus potest eum accipere a  
 nobis. Sed nota in pignore duo sunt consideranda. scilicet. quod  
 faciat spem habere rei et quod valeat tamen quantum valet res vel  
 plus. et hec duo sunt in spiritu sancto. quasi considerem sub-  
 stantiam spiritus sancti sic valet tamen spiritus sanctus quantum vita  
 eterna quod est ipse deus. quod. scilicet. valet quantum omnes tres persone.  
 Si vero consideret modum habendi sic facit spem: et non posi-  
 sessionem vite eterne. quod non dum perfecte habemus ipsam in vi-  
 ta ista. Et ideo non perfecte beati sumus: nisi quando perfecte ha-  
 bebimus in patria. ephe. 1. Signati estis spiritu.

Consequenter cum dicit. (Ego autem testis etc.) excusat se de  
 eo quod non venit. et hoc per iuramentum quod maius est. Et circa hoc  
 tria facit. Primo ponit suam excusationem. Secundo respon-  
 det tacite questioni ibi. (Non quis dominamur.) Tertio  
 exponit quod dicit ibi. (Nam fide statis.) Excusat autem se per  
 iuramentum duplex. Unum attestacionis cum dicit. Ego autem  
 testis dei iuoco. Aliud est execrationis cum dicit. In animam  
 meam. id est. contra animam meam Ro. 1. Testis est mihi deus etc. Testis  
 in quantum iuoco deum quia non veni ultra: id est. post primam vice  
 vel postquam discessi a vobis. et hoc feci parcens vobis. scilicet. quia  
 ipse sciebat eos incorrigibiles. nisi si iuuisset tunc aut puniisset:  
 et sic forte recessissent totaliter a fide. aut non puniisset: et sic  
 dedisset occasionem magis peccandi. Sed quia aliquis posset di-  
 cere quare dicis. parcens vobis. Numquid dominus noster  
 estis: ideo consequenter hoc remouet dicens. Non dico quia  
 dominamur fidei vestre sed adiutor etc. quasi dicat non di-  
 co huiusmodi dominus sed ut coadiutor. id est. per. 5. Non. n. dominan-  
 tes in clericis etc. Adiutor in quantum gaudium vestri vel emendationis  
 vestre. Quare autem dicat fidei vestre exponit consequenter  
 ter dicens. Nam fide statis: id est. statis in gratia ista christi  
 super fidem. CAP. II.



Tarui autem hoc ipsum apud me.  
 ne iterum in tristitia venirem ad  
 vos. Si enim ego contristo vos. et  
 quis est qui me letificet nisi qui con-  
 tristatur ex me? Et hoc ipsi scripsi  
 vobis. ut non cum venero tristitiam super tristitiam ha-  
 beam. de quo oportuerat me gaudere. confidens in  
 omnibus vobis quia gaudium meum omnium  
 vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angus-  
 tia cordis scripsi vobis per multas lachrymas.  
 non ut tristemiini sed ut sciatis quam charitatem  
 habeam abundanter in vobis.

Apostolus supra posuit excusationem in generali de mora  
 eundi ad corinthios: hic vero insinuat causam tante morae: et  
 quomodo eis pepercit. Circa hoc autem duo facit. Primo  
 enim insinuat vnam causam dilationis fuisse ne in aduen-  
 tu suo tristitiam inferret eis. Secundo ostendit alias cau-  
 sam fuisse ne fructus quem apud alios sperabat et iceperat